…ichaël
Polonarum Rex

Mazurkowic Valent. Joan: Cynthia Korybuthea grande divinae clementiae simulacrum, in celeberrima inauguratione Princip. Principis Michaëlis Korybutthi, Regis Poloniae.

CYNTHIA KORYBVTHEA

grande Diuinæ Clementiæ Simulacrum,

In Celeberrima Inauguratione

SERENISSIMI PRINCIPIS

MICHAELIS KORYBVTHI

REGIS POLONIÆ

MAGNI DVCIS LITHVANIÆ,
RVSSIÆ, PRVSSIÆ, MASOVIÆ, SAMOGITIÆ,
LIVONIÆ, SMOLENSCI, CZERNIECHOVIÆ, &c &c.

Panegyrico colore adumbrata.

EIDEMQVE SERENISSIMÆ MAIESTATI

A

M. VALENTINO IOANNE MAZVRKOWIC
Collegij Maioris in Vniuersitate Cracouiensi Professore, Canonico ad Ecclesiam S. Annæ,

E voto Publicæ lætitiæ

Consecrata.

CRACOVIÆ
Anno Restitutæ Mundo Lucis 1669.

IN STEMMA SERENISSIMI REGIS REGNIQVE POLONIÆ



Cor Aquilæ pugnacis abeſt; ſed Cynthia grato
Lumine ſe promit, fert niueumque iubar.
Hoc Speculum REX MAGNE Tui eſt: poſt triſtia bella
Iam pacis ſudum, ſæcla beata dabis.

CYNTHIA KORYBVTHEA

Ssurge in Spes meliores, exorientem fortunam tuam, lætis tuorum oculis animisque contemplare, tandem aliquando depulsâ tristis orbitatis caligine felicior Polonia; nec solius tantùm tristitiæ argumentum, quod hucusqe copiosum suggerebas. Non est quod dubites, te præ cæteris à Supremo Numine tenerius amari, intensiùs conseruari, in quam tam pleno & exuberanti alueo prosperitatis manant riui; qui non tantùm Diuinæ loquuntur in nos beneficentiæ magnitudinem: verùm etiam optata pacis tempora pòst diluuium humani sanguinis, & ciuilium ossium aggeribus cumulata busta pollicentur. Si licet fatorum leges, causarumque latentium, in deteriùs optata, in meliùs aduersa flectentium, varietates humanæ tenuitati vtcunq; conijcere: crediderim calamitates tot annorum, in quibus nemo nostrum impunè vixit, non alio fine immissas nobis; quàm vt maior dulcedo esset nascentium gaudiorum. Præparabat nos Maiestas illa summa venturis bonis: cùmque toties, rigentibus aduersitatis vndis, artus probauisset nostros; cùm toties decumanis periculis, exercuisset robur; cùm toties improuisis ictibus, indurasset virtutem: tandem in nos lenissimos retulit oculos, totque annorum dispendia, breui compendio resarciuit. Ponunt minax supercilium multiplicium bellorum venti, fugiunt horridæ seditionum nubes, fœdæ tempestates quæ supremæ huic regno incubuerant, resederunt: & si adhuc domestica aliqua obuersatur obscuritas; aut residuus motuum ciuilium, velut vndarum pulsus immurmurat; paulatim per interualla conquiescit. Tua hæc auspicatissimi imperij initia sunt SERENISSIME MICHAEL KORYBVTHE omnibus omninò hominibus conspicua, Polonis salutaria: quos vt in ampliorum spem bonorum certissimâ duceres præsumptione, in ipso felicissimæ Electionis Tuæ nuncio, optatâ pace recreasti. Diuturnam nobis auguramur serenitatem, quòd vt primùm Poloniæ Cælo gentilitia Tua illuxerunt sidera, statim vniuersa quàm latè protenditur, ad sensum pacis componi cæpit; eiusque commoda, iam tandem ipsâ desuetudine in obliuionem ducta delibare. Obseruent ergò vt volunt Lunam, suo genio pugnaces Spartani. Magnifica ipsi in extructis templis appendant dona Persæ. Consilia sua in eius potissimum delubris celebrent gentium domitores Romani. Sacrificent ei aquam melle dilutam Athenienses. Concipiant vota sua precesq; delegent Ægypti. Libet veluti Reginæ cæli suis roribus implicata gentilitas. Nobis in Luna Tua quàmuis maximus ad eam honorandam affectus caleat, procul omni superstitione, iucundũ est, expressam Diuinæ in nos clementiæ imaginem intueri,

nem intueri,

nem intueri. Certiùsne se potuit in res nostras, in publicam incolumitatem insinuare, eam seruatura Diuinitas; quàm cùm diuisam in se vniuersam nationem, & in varias partes atque factiones tractam, ad ipsam auspicatissimam Tui nominis mentionem, pacis & concordiæ æternis fæderibus colligauit; effecitque, ne quis intercederet pijs suffragijs, quæ in Tuam personam ferebantur. Quanquam ne deliberatione quidem longâ, nec suffragiorum anxiâ trutinâ delatum Tibi sceptrum; sed impetu, & veriùs instinctu impositum, & vna ac consentiens vox: imò procursus & admiratio Regem fecit. Tantùm boni Cynthia Tua promittere nobis visa, Cynthia origine sua illustrissima, virtutibus candida, manifestis supremi Numinis fauoribus commendata. Tantum tu ipse à naturâ, doctrinâ, vsu eximius, ab omni virtute sic conspicuus, vt publica sit confessio: talem esse debere, qui à populis adoretur. Quæ contemplatio cùm cunctorum lætitiam in immensum augeat; tum literatorum pectora, qui soli rebus suum pondus ex æquo reddere nôrunt, in tantum onerat: vt se solo verborum auxilio, aduersùs incumbentis lætitiæ magnitudinem vindicare possint. Hinc Tibi nascuntur fertili partu doctissimæ commentationes, quibus augustum nomen Tuum, non tacitè solum intrà cordis adyta colunt ac venerantur; sed id ipsum coram orbe erudito gestiunt comprobare. Quorum ego minimus licet sim, impetrare tamen ab animo non potui; quin aliquod è literario penu, Tuo nomini munusculum offerrem. Et certè si olim antiquis nascentem Lunam adorare, non licitum tantùm fuit; sed laudabile: an non mihi valebit, ad obsequij impensi decus, Cynthiam Tuam, & in ea Diuinæ clementiæ simulacrum, simplicissimo veritatis elogio celebrare. Hanc Oratio mea, vnâ imagine, varijs coloribus adumbrabit; hanc mea cura vno affectu, variâ scriptione repræsentabit. Leges laudes Familiæ, quæ Tuæ sunt: audies virtutes Tuas, quæ ostendent Regium sublime munus, non potuisse deferri digniori. Venies in cogitationem Diuinorum miraculorum, quæ asserent nemini se fideliùs, æterna fata, ad felicitatem obstrinxisse.

Inter alia, quibus supremum Numen, humano generi largè se communicat, Luna est: familiarissimum terris sidus, & in tenebrarum, periclitantisq; naturæ remedium ab eo constitutum. Proxima cælesti Cardini, ideoque minimo ãbitu, vicenis dieb⁹ septenisq;& tertia diei parte, sua spatia percurrẽs; crescẽs sẽper, vel senescẽs: plena, diuisa: curuata in cornua, sinuata in orbẽ: maculosa, prænitẽs: humilis, excelsa: admota cælo, contigua mõtibus: in Aquilonem elata, in Austros deiecta: non ideò tam multiformi ludit varietate, quasi suas vices habeat, & in tempore mutetur: sed quòd in commodum viuentium, mutari eam sit necesse. Nimirum vt sciamus orbis genitricem, qui vi caloreque Solis & humore molli Lunæ continetur, reducit se aliquando ad temperiem luminis, ne orbis nimio inutilis humoris, qui ab ea fluit, grauetur incremento. Rursus ne perpetuâ inarescat siti, & masculo Solis ardore torreatur, nouam statis temporibus circumfundit sibi claritatem, cunctaque humifico spiritu laxat. Inde illa miracula in naturâ, ac-

cessu

cessu eius corpora impleta, recessu inania; tempestatum commotiones, & rursus serenitas; morborum quasi agmine venientium impetus, & mox sanitas; animalium quorundã labores,& quiescente sidere cessatio: &, quod omnem humani ingenij vincit captum, maris æstus portionibus crescentes, ampliores minoresq́; ; prout illos elicuit Lunare sidus, ad cuius arbitrium Oceanus exundat. Enimuerò speculari iam Poloni, in cælesti Luna, benignitatis imaginem Diuinæ desinamus, quam in CYNTHIA KORYBVTHEA, liquidis coruscantem radijs possumus intueri. Maximum Te SERENISSIME REX, agnoscim⁹ supernæ clemẽtiæ simulacrũ, quẽ in sublimem Regni Polonici Horizontem, non vecors protrusit ambitio; sed innocua vocauit pietas:nõ præceps rapuit impotentia;sed apertissima eleuauit æquitas: non sibi suisque inimica propulit temeritas; sed lenitas, sed moderatio, sed boni publici studium, aliæque rarissimæ naturæ mentisq́ue dotes deduxerunt. Ingens nescio quid, magnificum, augustũ, præsaga spes iubet de Te Patriæ ominari; quem Illustrissimâ KORYBVTHORVM Prosapiâ editum, splendido gradu, terras ingressum scimus. Fuit hoc Familiæ Vestræ, ab origine ipsa, felicissimum fatum, hæc continua gloria, non potuisse, non debuisse, nisi magnis grauibusque casibus, & factis insignibus, dignitatem, gloriam, nomen mereri. Quia enim Martia gens, multùm ex auctoribus suis retinuit; & quia Spiritus maiores in origine biberat; quàm vt vel quiescere, vel latere posset: non mirum est, si per ea erupit, & veluti emicuit eius indoles; per quæ nonnisi magna semper erumpere virtus, nisi maxima emicare gloria solet. Quò magis æquũ erit ignosci mihi, si in pulcerrimâ Honoris Tui pompâ, Illustrissimi Tui Maiores à me memorabũtur; ne à luce, quã sibi tot retrò pepererunt laboribus, excludantur: & rursus quæ ad laudem & decus ab ijs facta, non omnia proferentur: ne in voti audaciâ obsequij gloriã perdat, & tantarum virtutũ perstricta fulgoribus, hebes & attonita hæreat Oratio. Itaq; prima Originis Vestræ fũdamẽta, veluti magnorum fontium capita, solo silentio venerabor; nec quid ante Lunam bellicosissimi illi Litaones, Narimundi, Gedimini gesserunt inquiram curiosiùs. Sit hæc prima KORYBVTHORVM Familiæ gloria, mortales eam metas egressam esse, cui nulli fines, in gloriæ suæ inuestigatiõe, occurrunt. Quæ autem proximarum ætatum confinia se offerunt, tam magnifica sunt, vt in summam originem amplè sonent. An quid enim his Titulis excelsius? hâc origine illustrius? KORYBVTHVM huius cognominis & radiantis Stemmatis auctorem esse, Germanum Magni Iagellonis Fratrem, cum quo eum non sanguinis modo coniunxit necessitudo; sed etiam Heroicæ & suprà hominem virtutes, in eandem similitudinem vitæ pellexerunt. Fuit enim IAGELLO REX; vt à Bohemis eligeretur iste: & cùm ille in Regali solio cõsideret; inuenit iste tantos virtutis suæ cultores; vt se felicissimos mortalium futuros iudicarent, si ab isto regerentur. Ampliùs etiam fuit mereri regnum, quàm habere; virtute, quàm diademate eminere; non potentiam in populos rigidè exercere; & tamen Regem esse, quia animo vicerat, quicquid velut magnum æstimatur. Sed IAGELLONVM

tamen gloria KORYBVTHORVM propria eſt, qui ſicut olim gemini Tyndaridæ, Caſtor & Pollux, ſanguine fratres, poteſtate Reges, manſuedinis, pietatis, clementiæ paritate ſimillimi, diuiſim imperij honore refulgebant; & poſt fata, ortu alterno, conſpicuis in cælo lucent facibus: ita IAGELLONIBVS illibatam regnandi dignitatem tranſcripſerunt, & venientem ad ſe, variâ ornatam purpurâ, fortunam reiecerunt. Reiecerunt: vt deinceps deficiente, dilectâ Polonis IAGELLONIA ſtirpe, in Te (ô miram fatorum clementiam) SERENISSIME MICHAEL cumulatiùs reciperent.

Aſtrorum flammæ renouant occaſibus ortus
Lunam finiri cernis, vt incipiat.

Quicquid ergo Sereniſsimi Iagellonidæ geſſêre: quicquid in ipſo Familiæ conditore IAGELLONE generoſum, in Vladislao Varnenſi bellicoſum, in Caſimiris magnificum, Albertis prouidum, Alexandris benignum, Sigiſmundis magnanimum piumq; ; in alijs fortunatiſsimum mundus adorauit vel coluit: totum id in Veſtræ laudis pleniſsimas ſcaturigines deriuandum eſt; totum inter exempla virtutis Veſtræ fortunæq; memorandum: in quos ab eodem principio, cum ſanguine eadem tranſijt indoles, ijdem ſe affectus trâſmiſerunt. Non magis binæ iſtæ Familiæ ſeiungi poſsunt, quàm aureus circulorum mutuò ſibi inhærentium complexus: quàm fuſi per orbem radij, in coronatæ lucis fonte concurrentes. Quanquam ſi naturæ lege nitimur, quæ validiſsima eſt, latiùs etiam pomeria Familiæ Veſtræ extenduntur: & neſcio an vlla gens ſub orbe ſit, quæ maiori laude præ Veſtrâ debeat æſtimari; vel ſaltim cum Veſtrâ, æquatis honoribus, venire poſsit in certamen. Nam ex ALEXANDRA ſorore germana IAGELLONIS & KORYBVTHI nunquam ſine laude memorandorum fratrum, nuptâ Zemouito Quarto Maſouiæ Duci, nata eſt deinde Cæcilia Erneſti Archiducis Auſtriæ fauſtiſsima Coniux, quæ Fridericum Cæſarem orbi dedit. Quantus ſe iam hic Illuſtriũ radiorũ concurſus vibrat; in quam vaſtos, gloria veſtra , per Sanctiſsimos connubiorum nexus, extenditur terminos. Dicendi eſſent ingentes illi, vobis coniugio innexi tali AVSTRIACI, quorum felicitas ad ipſos deficientis Naturæ limites, inoffenſo victoriarum impetu percucurrit; in quorum ditionibus ſol oritur & cadit; non minus ſubiectis populis, lucis & diei promus; quàm Auſtriacæ teſtis benignitatis, publicã generis humani ſalutem propugnantis. Verùm ne longiùs, quàm par eſt, per altiſsimos cognationis apices excurrat Oratio: in ipſo vos Ducalis veſtræ lucis contemplabor centro, in quo totâ virtute, totâ fortunâ fulgentes, oculos noſtros ad intuendi dulciſsimam ſuauitatem inuitatis. Stertant ignaui Endymiones ad ſuam Lunam; præferant maiorum ſuorum trophæa, vt arbores, vt trunci: ad nullum ſolidæ virtutis decus ſurgentes ipſi: Tollantur velut carbaſa nauium in ſublime, alieno flatu alieno vento. KORYBVTHIDÆ quotquot fuerunt pro Patria, perpetuo motu & iugi ſe vegetabant agitatione, ceu indolem à gentilitio ſidere traxiſ-

sent,

sent, cuius motus irreuocabilis eft, nec hæfitat vnquam, nec refiftit, nec dat vllam fufpicionem obiectæ fibi moræ. Per plana, per afpera, per glacialia, per æftiuum folem, domi, foris, pace, bello, in periculis, infidiis iactati: vi, aftu, manu, confilio vfi; vt fors ferebat, & publica necefsitas: nunquam virtutem, quâ vltrà cæteros eminebant, deferuerunt; indole, non iactantiâ gloriofi, operibus non fermonibus, abundantes. Implet adhuc oculos & animos gratifsimæ Pofteritatis Fedorij Filij KORYBVTHI, clarifsimus virtutis & generis fulgor, quem cùm maiorum fuorum; tum propriæ quoq; dignitatis amplitudo, & fortunæ indulgentia eoufq; extulit, vt non minor Magno Parente Vinnicienfis & Zbarafienfis Ducatuum iecerit fundamenta. Adftupefcunt audientes, Fedorij, Danielis, Bafilij ingentibus nominibus: ipfofq; viros in amplifsimo famæ theatro, publico applaufu profequuntur; quos & generis eminentia, & fupremi in Republica honores, & felix maiorum imitatio, Reipublicæ Polonæ Principes oftentabant. Ab his deinde diffufi per tot ftirpes rami, ab his noui furgentesq; fætus, afsertæ confertæq; familiæ, plantati latè furculi, in Korybutheas famæ & generis, prouenêre colonias. Non potuit fæcunda virtus, vno germine ftirpeq; includi. Quàm enim femper gloriæ capax; tam viris animifq; copiofa familia ea efse debuit, cui Patriam femper liberare, cui feruare, cui deniq; ornare incumbebat. Natæ ftirpes è ftirpibus, honoribus aucti honores, interq; Illuftria natalium confinia, educata felicitas, felicitati refpondit, honores honoribus occurrêre. Produxit fe gentis veftræ fanguis, per Zbarafiorum, Poriciorum, Voroneciorum Ducales Familias; & nufquã tamen virtutum facta diminutio. Quàm ingens enim debuit efse magnanimitas Alexandri Ducis Poricij, qui cùm horribilis grando, Scythicæ incurfionis, ad Oriminum patriæ incumberet, vt eam propulfaret, in ipfo bellici laboris æftu, generofam animã, per hiantia vulnera, Deo reddidit, & fanguine fibi ad cælum iter fanxit. Quid Ducibus Zbarafijs fortius? pugnacius? aut pro tuenda patriæ dignitate animofiùs? qui magnarum animarum penè ad reprehenfionem prodigi, difficillimis certaminibus fe honoribus vindicabant. An cedit fortè Papyrio Romano, Stephanus Dux Zbarauius, illo corporis robore, illo animi? qui in bellis Mofchouiticis, maioris difcriminis aleam depofcere, fuccefsus vrgere, & lafsare fortunam folitus, cruenti Martis campum, fæpiùs hoftilibus conferebat cadaueribus, vt laureas demeteret triumphales. Superatne Marcellus, Nicolaum Zbarauium, Præfectum Kremenecenfem, cuius fæpiùs arma virtutemque, irruenti in vifcera fua, Turcici Scyticique furoris torrenti, felicifsimè Patria opponebat. Quantus eras Ianufsi Palatine Braclauienfis, ad Iuanum Mofchuæ Ducem Legate, cuius fublimes prudentiæ eloquentiæque dotes, non tantùm duriora Mofchorum molliuerunt pectora; fed prudentifsimi etiam Regum Bathorei, memorabilem ad pofteros, exprefserunt vocem: videri te parem, cuius humeris tutò regnandi onus imponatur. De te verò gloriofifsime Chriftophore Zbaraui quid dicemus?

quas

quas in Te lauros cõgerem⁹? cuius Turcica legatio, sine dubio vicit superbæ gentis arrogantiam, effecitque mirabilis dexteritas, ne rursus gemeret, sub pondere atrocissimi belli Polonia, & in ea Christianus orbis. Erat tum crudelissimæ genti propositum, cruentis Poloniam molitionibus conficere, ruptâque sacrosanctâ fide fœderis, in oculis, atque adeo in sinu nostræ patriæ, bellum collocare. Dolebat tumidæ genti, quod ad Chocimum, licet ingenti Ciuium iacturâ, tamen vicimus; & ad profectionem ex hostico, fugæ simillimam, eosdem adegimus. Vnde postea nati diuturni Byzantij tumultus, morsq; ausu incredibili, Osmano Imperatori procurata. Ergò prætextus rumpendi fœderis quæsiti, decretumque Ministrorum aulæ consilio, violatione Legati tædam belli furialis accendendam. Opus erat diuinâ mente & consilio prædito Vlysse vel Nestore, qui inter dissidentes gentes, paciferas oleas prætendens, vtriusq; fatis intercederet. Fuit nobis is Nestor & Vlysses, Christophorus Zbarauius, in omnibus factis dictisque suis, ipsam spirans immortalitatem; qui velut Maiæ nepos cælo delapsus, orientes procellas, disiecit consilio, bellandi rabiem, sopiuit prudentiâ, & exulceratis animis, fomenta adhibuit, vt pacẽ ferre vellent. Tales Korybuthidæ Zbarauij, Quid VISNOVECII ipsi? non homines sed scopuli & rupes, vt exciperent vires omnes hostiles, & eliderent: Lumina & decora bellatorum, virtutis heroicæ exemplaria, suprà antiquos Duces, quos mirata Græcia, quos Roma extulit. Quæ sæcula posthuma, non figent trophæum æternitatis, Colossæo opere perẽnius, Demetrio Visnouecio; cui toties domitus Turca submisit genu; toties fugatus Scytha, porrexit palmã; toties prostratus, rebellis Cosacus, depẽdit vitam; toties fœdifragus Valachus suas imputauit strages. Hic ille profectò Heros fuit, ille vir: qui quanquam confertis confossus telis, & cruore depluens, truncos lacerosque artus, hostili obijciebat audaciæ: & extremo sibi sanguine moriens, Priuilegium immortalitatis consignauit. Ne hîc ampliùs Callimachum Atheniensem, Othryadem Sparthanum, Posthumium Albinum Romanum Ducem, Cassium Scæuam Centurionem, vel Caium Acilium militem Cæsaris, aliosq; paucos admiremur, qui quòd paria antiquis sæculis fuerant ausi, inter prodigia fortitudinis, à Scriptoribus referuntur. Eminebit præterea immortali charactere depictũ in templo perennis gloriæ, inclytum Constantini Visnouecij nomen, ad cuius conspectum turpi formidine horrescebat Scythicorum prædonũ colluuies: & velut ad obiectum Medusæ caput, totæ acies in lapides rigescebant; nisi quòd passim fugâ præcipiti, vindici se ferro subducebant. Legentur cum admiratione Michaelis Circassiorum Præfecti, Andreæ Palatini Volyniæ, Constantini Palatini Russiæ, Ianussij Præfecti Regni Stabuli, præclarissimæ actiones, qui labores laboribus, merita meritis cõtinuantes, Orbi declarârunt vniuerso: in Korybuthea Familia firmâ se, perpetuâque possessione fixisse, & cum posteritate tota coniunxisse virtutem. Venies in partem laudis Michael Præfecte Owrutensis: scient longæua tempora, quàm sæpè hostes fregeris, quæ pericula adieris

quàm

quàm denſa Tomzæ, Moldaui Ducis agminina, ne ſpargerent per Patriam horrendam mortis imaginem, perruperis, deieceris, protriueris. Sed præcipuè ſublimi ſe vultu efferet, poſteritati venerandus, digniſsimus SERENISSIME REX Parens tuus, HIEREMIAS MICHAEL VISNOVECIVS, Palatinus Ruſsiæ, incõparabilis Heros, nouus Atlas, qui ruentis Patriæ pondus, inuictâ ceruice ſuſtinuit; Nouus Hector Troianorum, vel Camillus Romanorum, in perditis rebus felix, in turbatis immotus, in conuulſis conſtans, in deſperatis inuictus: veriſsima Poloniæ Cynoſura, quæ tenebras pellebat horrendæ noctis, atrasque tempeſtates depulſis bellorum nimbis ſerenabat. Singula tanti viri prodigia fortitudinis, ſerius nonniſi Annalium labor, & eruditæ Hiſtoricorum manus, in integro ponent; mihi innuiſſe ſuffecerit, nihil publicè in Republica feliciter eſſe geſtum, quod non Viſnoueciâ dexterâ ad faſtigium deductum fuerit, & quaſi conſummatum. Ille in Moſchouiticis ſub Regum victorioſiſſimo Vladiſlao bellis, quindecim millibus conſcriptis, iuit audentiùs in obſtantia, tantamq; hoſtilibus oculis offudit caliginem, vt captis oppidis, arcibuſq; dirutis, nihil in patrio ſolo, niſi vaſta rudera, altiſq; cineribus conſepulta ſaxa, & fumantium domorum reliquias videre potuerint. Ille Abaſsij Turcici Ducis audaciam, furentem procellis, fulminibus ſæuientem, conuicit ſuæ temeritatis: tantoq; terrore hoſtile pectus religauit, vt ſupplex, in ipſius Regni aditu, pacem flagitârit. Ille graſsantem toties Coſacorum rebellionem, militarem in omnia præmittens celeritatem, extinxit, compreſsitq;. Sæpiùs ſalutari accurſu, haud dubius ſeruator exercitûs, cùm eius non tam nutabat fortuna; quàm deplorata propè iam fuit ſecuritas. Sæpiùs ſolâ aduentûs ſui famâ, liberator Ruſsiæ, à ſæuis Scytharum populationibus, & omni ſpe ſucceſsus excludens hoſtes. Sæpiùs primâ in acie capeſsens pugnam, & dignum famâ gloriâq; caput, periculis offerens, animoſior ipſis difficultatibus, & ſanguine pulchrior, quo pingi virtus ſolet. Quæ verò deinceps poſt funeſtiſsimum patriæ, Vladiſlai deceſsum egit perfecitq;, quæ ingenij vis atq; facultas ſufficienter explicabit? quod dulciſsimum ſermonis nectar, ad publici ſaporis guſtum, omnibus inſperget illecebris? Omnia licèt huc reuocemus prætерita, & ad canendas vnius laudes, vniuerſorum vatum, ſcriptorumque ora conſentiant, vincet tamen operum eius amplitudo mille linguas, ipſaq; ſi ſit aliqua corpore vno, facundiam ſuperabit materia. Funeſti Interregni acerbitas: moxq; Pilauecenſis conſecuta calamitas, poſt quam nihil niſi mors patriæ, & miſerrimæ captiuitatis reſtabat conditio, ne ſe vlteriùs infunderent in patriam, à limine eius repulſæ: VISNOVECII opera ſunt, qui cæſo exercitu, captis Ducibus, ſucceſsus compeſcuit ferociſsimos, & receſsit inuictus ex arenâ, cùm metu procubuerat Reſpublica ferè omnis. Zbarauienſis inuictus ille miles, exigua ſed leonum manus, à coniuratâ Scythicæ Coſacicæq; multitudinis potentiâ, circumſeſſa, ne immanibus belluis in prædam cederet, non prælijs, ſed continuis hoſtium defenſa ſtragibus, VISNOVECIO debet Ciuicam, qui duobus

ſtipatus, millibus in illam triſti incendio flagrantem Troiam, ſe medium inijciens, ex ea graues meritis, ſuis humeris, elatos Ciues, afflictæ patriæ redonauit. Bereſtecenſis Victoria in qua profligatum habuiſsemus bellum, niſi læua conſilia obſtitiſsent; VISNOVECIVM Auctorem magna parte recognoſcit: qui primus vehementi ſimilis fluuio, quem abruptæ radicitùs ſyluæ, & conuulſa funditùs ſaxa ſequerentur, agmina perrupit hoſtilia; tantumq; in barbaros effudit impetum, vt ſpe, campo, fiduciâ, deiecti, corpora auehere maluerint; quàm in cogitatione præſumptæ Laureæ, ad certam necem rapi.

Neque tamen immortalitate digniſsimi viri totâ vitâ, ad ſagum, & bellica inſignia fuit deuoluta. Quàm in diſcriminibus, & prælijs, implacidâ mortis formidine, terrebat hoſtem; tàm domi morum elegantiâ & quâdam naturæ ſuauitate, & effuſis largitionibus, gratioſus multis, correxit errorem Coriolani, eximias dotes, aſperitate naturæ corrumpentis. Nullus Tagus aut Pactolus, tam copioſo fluxit auro; ſicut Viſnouecîana manus, quæ in alendos munerandoſque boni publici cauſa milites, vltrà decem Milliones de proprio peculio erogauit. Nunquam ſic læta atque genitabilis, redeuntis anni ſtatio, poſt horridam geluq; ſuo rigentem hyemis acerbitatem, agros imbre raro, ſole modico temperat: ſicut Viſnouecij liberalitas, dilatione expectationes non nutriens, indigentibus gratuita beneficia deferebat; quaſi in illis quoque celeritatis gloriam affectaret. Surgebant ingentes properato opere Baſilicæ, eius nutibus obſequentes. Prodibant ex imis terræ viſceribus, promptiora ei9 imperio, quàm Orphei cantibus parere ſaxa; & pulcherrimis ædium ſacrarum erectis monimentis, eius famæ perpetuitatem fulciebant. Augebantur amplis cænobia reditibus, & quæ omnium machinatrix ſcelerum rebellio diſturbauit, & exhauſit, gratiſsimo munificentiæ ſuæ complexu fouebantur. Conſpiciebantur in publico, iam melioris fortunæ vultu, ſuâ bonitate recreati, qui in deſperationem proiecti, ſitu ſe & ſqualore conſumebant. Omnibus denique hominibus, ſub crebris ictibus aduerſæ ſortis ſuſpirantibus, Viſnouecij domus, idem fuit, quod afflictis ſecuritas poſt timorem; quod vmbraculum poſt calorem. Et hæc illa fuit virtutum eius magnitudo, quæ ſic omnium occupauerat animos, ſic promiſcuas gratulationes elicuerat; vt ſolis indolem imitata, quò ipſa non pertingebat, mitteret ſui radios: & commendaretur ab ijs, qui videbant qui audiebant; ſuſpiceretur, qui non videbant, & ſentiebant per calorem. Supremi Orbis Chriſtiani Præſides & arbitri, hoſtes Turcæ, Scythici, Moſcouiticiq, Imperatores, Principes Tranſyluani, Dynaſtæ Moldaui, in iudicijs, ſermonibus, admirationibus habuerunt, coluerunt, ſuſpexerunt: nec aliter amici de eo, quàm ſui ſæculi prodigio, miraculo, exemplo; hoſtes quàm de terrore, victore, triumphatore ſuo loquebantur. Vniuerſa Patria, quàm latè patet in Viſnouecij Nominis mentione, hilareſcebat effuſis gaudijs, & vix mentis compos exundantem amoris affectuſq; ſui vbertatem capiebat. Illum ſuum Telamonem, ſuum Camillum, ſuum

Hectorem

Hectorem, suum Epaminondam, suum Scutum vt olim Romani Fabium, suum gladium vt ijdem Marcellum iactabat, appellabat. Imperterriti pectoris Heroem, hominis quasi conditionem egressum, à benignis sibi cælitùs transmissum fatis, qui se labantem magno animo retineret. Ite nunc magna Torquatorum nomina, & aurum, spoliaq; in titulis reportate. Ite Martia vocabula, & Regna Ciuitates expugnatas in cognomentis ac triumphis ducite: ite facundiâ potentes Græci, & vestros Theseos Liberosque cælo consecrate, victorias illorum in marmore ducite, in adamante incidite, ebore reddite, tabulis illustrate, in thopasiis & amethystis sculpite: splendidis prætereà titulis, laureatis lemniscis, ingeniosis imaginibus illustrate. VISNOVECIA virtus, factis non titulis illustratur: statuis quæ obmutescunt, vel cælaturis non eget; ad quam exornandam orbis conspirat vniuersus. Efferet eam vel in ipsa astra, pennata fama, tantaq; gesta non commendatione ceræ, vel pigmentorum fucis, aut ambiguis inscriptarum molium substructionibus; sed desiderio florescentanimorum. Quòd si imagines, & typi, & cælaturæ, expressuræ genium illum augustæ mentis, magis placent: quantò meliùs perfectiùsque in Te DEMETRI VISNOVECI Exercituum Poloniæ Generalis Campi-Ductor. In Te CONSTANTINE Dux Magnanime, spirans immmortalis Patrui idea apparebit. Reuocastis nobis iam toties ad vitam, rediuiuos magni Herois actus; & similem in pugnando viuacitatem, celeritatem, declarastis. Sensit vos toties feruentissimos vindices religio; infractos integritatis suæ defensores patria; impauidos periculorum contemptores, toto furore armata Bellonæ potentia. Vestra manus ligata nunquam metu fuit, nec timore vincti pedes; quoties patria à vobis, subsidia in inuasorem Suecum implorabat: quoties vindictam de rebelli Cosaco deposcebat: quoties pænam de populatore Scytha requirebat: quoties vires roburque, aduersùs alios hostes flagitabat. Existat in vobis hic animus in Patriam Illustrissimi Duces. Maneat persimilis charitas, & principalis Familia Vestra, vt olim apud Athenienses Cecropidarum, apud Sparthanos Heraclidarum, apud Romanos Scipionum fuit; fatalis esse ad seruandam salutem Patriæ, in exemplum posteris innotescet. Quanquam quid necesse fuit germinantem in alijs VISNOVECII Nomini Maiestatē, & sanguinis amplitudinem, per longos circuitus contemplari; quam in Te SERENISSIME REX, pleno quodam, & fæcundo grandium operum prouentu, adultam in compendio fore, præuidemus. In Tuo ore Heroicos Parentis vultus natura signauit, qui aspectum illius ad Diuorum concilia translati; adhuc desiderantibus nobis repræsentas. In Tuum pectus magnus ille tot Heroum tradux, se transfudit spiritus; nec forma tantum eius in Te; sed continentia, fortitudo, iustitia, prudentia, sese votis Poloniæ manifestant. Applaude REX OPTIME origini Tuæ, per vestigia Magni Parentis perge, incalesce ad aspectum Heroicæ virtutis, & gesta dignissima, quæ vltrà Carpathios Riphæosq; montes, non ignorantur, æmulare. Non simplici quidem itinere generosæ virtutes

eius ingrediuntur; ſed omnes ad eundem gloriæ exitum ferunt. Excurre in ſpecimina indolis, dignæ ſummo apice: exhibe ſplendidè Perſonam, quam in Te Deus depoſuit: futurus Poloniæ noſtræ, quod Annibal Carthaginenſibus fuit, poſt Amilcarem; quod Africanus Romanis, poſt Cornelium Patrem; quod Coruinus Hungaris, poſt Hunniadem; quod Kriuouſtus noſter poſt Hermannum.

Deſcendere hîc volui ad Materna decora, niſi quòd rurſus Heroes & magna nomina, rurſus noua decora, & honores perſtringunt ſimul mentem, & confundunt. Siue enim mereflecto ad Oſtrogias CATHARINÆ Palatinæ Volyniæ, Auiæ tuæ maternæ Lunas. Offerunt ſe non Duces tantùm Ruſsiæ, Theodori, Leones, Baſilij, Romani, Gregorij, Iaroſlai Vlodimirij; non Danieles tantum coronati Reges Haliciæ; ſed ingentes illi Baſilij, Leones, Conſtantini, Imperatores Orientis, qui ad conſortium auguſtiſsimi ſanguinis Oſtrogios admittebant. Influunt in penetralia pectoris, palmares gentium domitores, Boleſlai noſtri Audaces, Kriuouſti, qui Regales Coronas ſuas, Ducalibus eorum Mitris, per connubiorum fædera, pari animorum concordiâ, ſociabant. Siue in limatiſsimis Abauiæ Tuæ ANNÆ Palatinæ Sandomirienſis Soleis, oculos figo. Occurrit grandis Atauus Tuus, IOANNES KOSTKA, cuius multiplici virtutum robori, tantùm Polonia detulit; vt per lubrica ceſpitantis fortunæ veſtigia proceſsura, ab eius ſoleis mutuari firmitatem voluerit, fulgentique Diademate, capaciſsimum vaſtarum curarum caput, coronare. Digniſsimum fuiſse, vel ex eo ſciri poteſt; quòd rarâ modeſtiâ, inferentem ſe penatibus ſuis honorem repulit; meruiſse contentus, non habere. Siue denique ad grandes virtutis metas collimantes Odrouaſiorum ſagittas e Gentilitia SOPHIÆ Palatinæ Ruſsiæ, Proauiæ Tuæ decora, intueor. Ruſ⁹, vetuſti Ducum Maſouiæ, Regumque Poloniæ nexus, prodeunt in conſpectum: quaſi æquum eſset, Regalibus Ducalibuſque purpuris adiung eos, & vno cõnubiorũ coaleſcere vĩculo, qui æſtimatiõe virtutis alti⁹ ipſo Regno eminebãt. Si cui adhuc lucidiſsimi iſti ſplẽdores humani, nomina in hiſtoricis faſtis radiantia, non ſufficerent: ei Diuos indigetes terſiſsima puritatis, innocentiæ, ſanctitatis ſpecula, fauſta Sarmatiæ Noſtræ luminaria, quibus aras, & templa ſtruit orbis, quibus genua venerabundè ſubmittit pietas, præſentarem. Adeò enim hæ Familiæ lucis Maieſtate ſunt immenſùm cumulatæ, vt in cælum vſque lucidas Colonias, in ſuis Caſimiris Iagellonidis, Staniſlais Koſtcis, Hyacinthis Odrouaſijs deduxerint: & ſuperos illos Quirites, totâ fulgentes luce, tantâ acceſsione fecerint auctiores. Sed hæc talia licèt tantaque ſint, quæ grata conſcientiæ recitat fides, quibus nobiliorum in generum calami, non fatigantur tantùm, ſed fatiſcunt; adorentur interim à nobis de longinquo: ne omnia ſimul, exiguarum virium debilitatem, obruant mole ſuâ. Illa verò SERENISSIME REX, quæ ZAMOSCIANA virtute geſta ſunt, quorum adhuc in Te, adhuc in Illuſtriſsima Matre Tua, GRIZELDI CONSTANTIA, ſpectaculo fruimur; ſine dilatione dicenda ſunt:

eò libentiùs

eò libentiùs, quòd quàmuis communis ista, Tuæ Inaugurationis lætitia sit, propriè tamen, vt Solis radij, magis desinere debet in propinquos. Merentur triumphales ZAMOSCIORVM hastæ, vt à triumpho isto nō absint, quas si olim habuisset Pallas, in Regali fixisset monumento. Si vidisset Lysippus, in dexterâ Alexandri Magni collocasset. Ex hac Regno Poloniæ faustissimâ Prosapiâ, emicuit (ne ad cunabula Regni, Lechiq; primordia, Zamoscianæ Familiæ communia, recurramus) ex hac inquam effulsit Magnus ille IOANNES SARIVS ZAMOSCIVS, cui meliùs adscribat Patria, quod olim nō ignobilis, sub pessimo Principe Scriptor, Catoni tribuit Vticensi. *Fuit virtuti simillimus, per omnia Diis quàm hominibus ingenio propior. Qui nunquam rectè fecit, vt facere videretur; sed quia aliter facere non poterat: cuiq; id solum visum est rationem habere, quod haberet iustitiam, omnibus humanis vitiis immunis, semper fortunam in sua potestate habuit.* Imò, si cum Romano Heroe, nostrum componere, consilium foret: declararem facilè nostrum prouidentiæ, constantiæ, fortitudinis, experimentis, non Catonis modo rebus gestis; sed omnium omnino Heroum, quicunq; aliquando in libertate nati, virtutum luminibus obstruxisse. Cato rigore nimio, & Stoicâ obstinatione, à proposito se dimoueri non patiens, nocuit interdum Reipublicæ. Dicebat enim tanquam in Platonis Politia, non tanquam in Romuli fæce sententiam, quemadmodum summus Orator conqueritur. Noster cùm sibi manendum constituisset in vigilia quadam Senatoria, sana & salubria consilia tanquam aliquod nauigium, atq; cursum, ex Reipublicæ tempestate moderari pulchrum duxit. Alij Duces Heroesque, cùm ad militiæ gloriam ab ipsâ naturâ facti viderentur; in ciuilibus tamen negotijs, feruore nimio Rempublicam sæpiùs in casus dabant. Pleriq; cùm in rebus ciuilibus altiùs exaggeratæ mentis capacitate, periculosa ratione gubernata, verterent ad felicitatem: in bellicis tamen negotijs hærebant toti; neq; satis ægrum animum, totumq; deiectum formidine, virilibus præceptis confirmabant. Noster ZAMOSCIVS, dubiùm fortior in bello, an prudentior in pace, excellentia Præfecti Militaris, Cancellarijq; officia, vnicus impleuit, tantâ integritate animi, dexteritate iudicij, magnitudine circumspectissimæ mentis omnia agens, vt curâ eius semper felix bellum esset: & sapientiæ studijs, illæsa domi Reipublicæ dignitas. Mirabuntur posteri dum partas illius numerabant victorias, dum successus bellicos, & præclarissima recognoscent decora. Sed non minùs animos eorum attonitos reddent, ciuiles tumultus ad eius nutum consopiti, & cuncta ad Reipublicæ suæ commodum, facillimo flexu versa. Transmittent cum laude sequentibus temporibus, septuaginta Tartarorum millia, Duce Cassigereio bellatorum sui æui celeberrimo, septenis nostrorum millibus, intrà suæ Tartariæ deserta pulsa. Rosuanum cum duodecim Hungarorum millibus contritum funestâ clade. Michäëlem Palatinum Valachiæ, cum sexaginta millibus apud amnem Telesinum profligatum: in aliaq; omnia bella, stratam illi per Jauros viam. Sed neq; prudentiæ miracula reticebunt:

Exactum Regno potentissimum Candidatum. Fraudibus coniuratæ rebellionis circumuentam Rempublicam, in ipsis mali nascentis initijs expeditam. Militem toties ruentem in seditionem, magnificis impendijs compressum placatumque. Non intermorituram adscribent gloriam Liuonicis trophæis: Castellis, naturâ loci, & arte humanâ munitissimis, fulminantibus armis concussis reseratisq; . Sed non minùs eximent vulgo, & hærebunt in suaui recordatione; quòd oculos à custodia legum deflexit nunquam: priuatum commodum procul habuit: periclitantis libertatis ruinam sistit: etiam literis, in perpetuum Reipublicæ obsequium animatis, quibus ZAMOSCII inclytum Prytaneum Asylumq; liberalitate Regibus pari excitauit. Et fruebaris Tu quidem Magne ZAMOSCI, illustri Tuorum præconio meritorum, dum adhuc cætus hominum frequentares, publicis Poloniæ gratulationibus, in Comitijs Centuriatis, Conseruator Patriæ, clarissimum nostræ gentis sidus, delicium, ornamentum appellatus. Fruebaris in animo Serenissimi STEPHANI BATHOREI, inter Togatos prudentissimi, inter bellatores inuictissimi, qui te non intimè tantùm dilectũ sibi, in animo, in oculis, in pectore, velut pretiosissimum monile circumferebat; sed etiam ad Regij sui sanguinis dignationem adsciscere, datâ in consortem Nepte suâ GRIZELDI pulcherrimum iudicauit. Fruebaris in filio THOMA, dignissimo Paterni nominis successore, qui se progeniem Tuam, non similibus tantùm virtutibus; sed ijsdem propè honoribus comprobauit, & laureatos Familiæ postes, nouis etiam antefixis trophæis exornauit. Fruebaris in Illustrissimo Nepote IOANNE Palatino Sendomiriensi, qui iam in Maiorum suorum facta laudesque de proximo assurgebat, nisi eum fatorum inclementia, in ipso ætatis vigore, terris abstulisset. Frueris etiam modò in Illustrissima GRIZELDI VISNOVECIA, quæ & ipsa fulgentes Maiorum suorum titulos, tantis suis decoribus cumulat ampliatque; vt memoria in ea Patris Maritique, minimũ momentum, ad conciliandum populorum fauorem sit. Quantò tamen nunc gaudes, magis, & exultas in SERENISSIMO TVO Pronepote, eò gloriam penetrasse Tuam, vnde iam altiùs ne ascendere quidem possit. Non diffiteor, nam est aliquis beatis illis animabus, quæ cælo degunt, sensus, sentiunt immortales Maiorum Tuorum cineres, quod ad lætitiam nos nimiùm persentimus. Lætantur gloriosæ illæ, & omni æuo dignissimæ mentes, Tuus SERENISSIME REX Illustrissimus PARENS HIEREMIAS: Tuus gloriosis. Abauus IOANNES ZAMOSCIVS quod in suâ honorentur stirpe. Effusis omnium studijs, & gratulationi applaudunt taciti, & diuturnam istam Poloniæ vouent felicitatem, quæ ex domibus eorum, optimis auspicijs, illucescit. Gratulantur etiam, & publicæ felicitatis bona, in suum lucrum computant, quòd se maiorem, auspicatissimo partu, Polono orbi transmiserunt. Quantò enim istud rarius est spectaculum, Magni PARENTIS Maior FILIVS; quòd vt supremis culminibus: ita magnis Genesibus in punctum

desinere

desinere familiare sit: tantò maiorem suam arbitrantur felicitatem, tantis à Te gloriam suam incrementis cumulari: quanta sufficiat nè quando vices rerum, & euntium in præceps annorum lapsus, eam secum tollant.

Hactenùs ego SERENISSIME REX, in Gentilitia LVNA Tua, Maiorum Tuorum decora, & in eis grande supernæ clementiæ simulacrum celebraui. Nam profectò si olim Romanus Sapiens, hominem interritum periculis, intactum cupiditatibus, inter aduersa felicem, quicquid timemus optamusq; ridentem, in medijs tempestatibus placidum, cælesti agitari potentiâ, docuit asseruitque: quantò magis ego affirmârim KORYBVTHOS Tuos, Diuino munere, Poloniæ esse datos, qui velut primæ magnitudinis astra, in obscura nocte calamitatum, non dubiam ei claritatem fænerarentur. Quicquid SERENISSIME REX admirandum est in Maioribus Tuis, quicquid Heroicum in virtute, augustum in famâ, gloriosum in potentiâ, magnificum in honoribus, inuidendum in felicitate, splendidissimum in consanguineis titulis, DEI benignitas est: qui Familiam Vestram omni tempore clarissimis irradiauit fulgoribus, daturam Te mox, qui ad huius Regni salutem, difficillimo tempore, pleno iubare circumfusus, præsideres. Nunc iam mihi Tuarum quoq; laudum, titubante licet exilique eloquio, emetienda spatia sunt: & Tuarum virtutum sidera, quæ in patrium producis cælum, contemplanda. Neq; enim sufficiebat capacissimæ indoli Tuæ tot retrò annos gloriæ Tuæ habere vectigales; & à magnis Heroibus, beatæ sortis auspicia sumere: nisi præcelsam indolem, in primos honores resumeres; atq; ampliùs in sublimi rerum humanarum speculâ, acceptam stabilires dignitatem. Ac primùm cùm scires, subsidia omnis doctrinæ, ornamenta virtutis, fulcra vitæ literas esse: & quoties magnum aliquod pectus inuaserunt, propè Diuinas dotes: industriam non in vilibus posuisti studijs; sed inaudito discendi correptus ardore, primò omni literarum amænitate interiùs imbui; mox solidiores disciplinas, & philosophantium placita, sedulo prõptoq; ingenij conatu, complecti voluisti. Lunam dulcibus aquis ali Poëtarum nobis afflatus, & ingeniosa commenta narrant. In Gentilitiæ Tuæ LVNÆ sidere, Mineruæ purioris latices, tantam sitim excitarunt, vt nonnisi ingenti profluuio literarum sedari posset. In amplissimo Historiæ theatro consistens, suam cuique virtutem rependi, & bonis prauisq; factis, ex posteritate, laudem vel metum superesse adnotabas. Quicquid apud maximos Auctores sæculorum Regumq; potentia condidit, spontaneâ sedulitate eruebas. Quæ diuersi Regnorum casus, velut in sapientiæ ærario seruabant, iudicio occupabas. Quæ Duces nobilissimi, variâ bellorum molitione laborauêre posteris, omnia delectu Tua faciebas. Rursùs in naturæ deflectens contemplationem, cùm Te in illa verè magna sustulisti, altâ perpendebas meditatione, minimum esse quicquid hoc orbe clauditur, nisi animus totum illum ambitum, qui suprà nos effunditur, immensum tempus quod subsequitur, magnitudine suâ superârit, vel adæquârit. Sæpiùs ad mitiora deuolutus studia, sublimes Vatum Oratorumq;

voces

voces audiebas: tantoq; effusiùs, & principe studio ea adamasti; quantò humanitatis titulus conueniebat Tuis moribus, tantùmq; ea dilexisti, quantùm ab ijs es probatus. Nonnunquam inter vmbraticas curas serpe-re dedignatus, superas scandebas domos, & Geometrico puluere rerum magnarum simulacra ludebas, acies & prælia, captas & defensas Vrbes abaco meditabaris; & quem Tui nominis famâ orbem impleturus eras, radio describebas. Et ne in communibus tantùm Tibi, cum alijs, hæreat admiratio; incredibilem contentionem mentis, ad linguarum peregrina-rum cognitionem attulisti, successu tanto, vt non discere illas; sed re-petere; nec audire primùm; sed reminisci viderere. Ita siue Tibi salubria consilia proferenda sunt, tam feliciter in futuros euentus, transis ex præ-teritis, quasi multis sæclis vixisse videaris. Siue priuatim publiceq; dicen-dum, mollior incorruptæ facundiæ tractus, crebro lepore succinctus, mul-toque acumine exurgens, audientes rapit. Siue de bellicis iudicium facien-dum negotijs, tanta in eis Tua enitescit prudentia, quasi in iuuentute, to-tum ingenio militari Martem ludens, inter strepitus bellicos clamoresque, diu Tibi experientiam bellicam quæsiuisses. Siue deniq; in conscientiam arcanorum vocandus aliquis, non cogeris Tuæ sensa mentis, alterius lin-guæ committere: quæ res sæpiùs fraudibus dolisq; patet: sed latentia ipse secreta cordis, alterius immittis auribus, vt affectum fidemque prolicias. Magnum hoc Tuæ excitatissimæ indolis indicium, libenter cultum erudi-tionis admisisse, quâ homines ad magnæ fortunæ gustum excitantur: singu-lare encomium, sed non solum. Non omnes qui cum literis in gratiã rediê-re, earumq; difficultatẽ peruicaci labore mitigauêre, cõtinuò innocẽtiâ pla-cuere. Plures ad praua versi, maiore plerumq; impetu ad fucum fraudemq sapiunt. Luna Tua SERENISSIME REX semper solem respexit suum, mitiq; connubio pietatem doctrinæ maritabat. Nata dehinc crebra cũ superis commercia, & cæleste lumen sæpiùs imploratum. Admissum in penetrale pectoris honesti studium; neque vnquam ignauæ quietis, otijq; contubernio profanatum. Mens integra puraque, non in mali assensum ra-pta, non per inutilis conuersationis blandimenta delusa, in serenæ consci-entiæ theatro explicata. Animus ad leges honesti serius & amænus: quo temperamento nihil æquabilitati peribat: aduersus corruptelas ætatis munitus, ne rationis arcem, proditione vel cuniculis inuaderent. Per-hibeat ergò antiquitas Lunam margaritarum ideam, quòq colore blan-do rutilans, & argenteo nitore venusta, pro ratione auctæ minutæque lucis margaritis suis conchas impleat; & suam illis mutuetur speciem: ego vitam Tuam nitidissimum probitatis exemplar, delicium dixerim; quæ ab ipsâ rationis infantia, rectâ semper incessit ad decus viâ. Impo-nere etiam nobis velit, arcana fabularum veritas, eandem esse Lunam cum Diana præside virginitatis: ego Cynthiam tuam verè Lunæ, verè Dianæ supparem, citrà discrimen veritatis appellarim; cuius adolescen-tia purissimis se verecundiæ imbuens obseruationibus, nunquam in insi-dias lubricæ voluptatis, vel laqueos immodicæ cupiditatis est prolapsa.

Iam

Iam illud non minus habet admirationis, quanta tibi sit vultus humanissimi inclinatio, quanta morum elegantia, & quædam naturæ suauitas mediocri austeritate commendata. Te qui vident non putant affectum satis esse, vt animum explicent: emicare vident, quod maiori cultu ac veneratione dignum sit, ipsam in facie mentem vident, & iucundissimã virtutum & gratiarum temperiem agnoscunt. Ipsam amænissimam naturam intuentur, & mitissimos sensus in libero lumine placidæ frontis contemplantur. Non Assyriorum ritu, demersa tenebris maiestas, longo superbiæ spectaculo, submouet indigentes; & animus velut in carcerem cõpact⁹, suisq; tacitis sẽsib⁹ inclus⁹, arcet supplices: sed eminẽtissimũ fastigiũ, de proximo adoratur, sed ora Tua serena contueri, miscere sermones proferre sua cuique postulata, exponere necessitates licet. Certas cum infimis comitate, alloquijs, beneficijs, mollibus responsis, ad instar cælestis Lunæ, quæ sub obscurissimã noctẽ, flexoq; die in tenebras, innumeris comitata sideribus, promiscuè se indulget omnibus, & feras quoque ducit ad pabulum. Nihil igitur mirum, si tantus amor, & tam verus, in Te ciuium feruet. Neq; enim vllum puto, post homines natos maiore nostræ gentis ardore dilectum. Veluti cùm nuper, de afflicta valetudine Tua, trepidæ Poloniæ aures, incertis rumoribus in deterius implebantur, vt cuncti metu expalluimus, vt solicitis dolores, quæstus, & lamenta erumpebant. Audiebantur querimoniæ, quas improuisus eliciebat pauor, ideò fallacem fortunam, illusisse spei nostræ; vt cùm nobis hanc pulcherrimi floris amænitatem explicasset: mox eum prætereunte infortunij aratro succideret. Crescebat sensim & per gradus hic metus, iamq; nihil, nisi magnæ nescio cuius calamitatis præsagium, ferali imagine agitabat mentes, cùm in ipso labentis spei occidente, lætitiam prosperæ valetudinis diffudit fama velox. Non effusiùs fugientia ad memoriam retraximus gaudia, non promptiùs ad gratias superis exoluendas, pietatem nostram in cumulum collegit gratitudo. Lucebat in præsenti exultatione cuiusq; affectus in Te, & confusæ gratultiones audiebantur, quales olim cum gaudio geminabat Roma, cùm de valetudine Germanici sui, animis mærentibus afferrentur voces lætiores. Saluum se, saluam quisque Rempublicam asserebat, quia Te firmior non deseruit valetudo. Vt si alia exempla defuissent, vel hoc vnicum docere potuisset experimentum nihil tam populare, tam gratum esse, nihil tam dulciter humanis illabi sensibus, quàm lenitatem. Nihil tam validis amoris excubiis, à populis muniri firmarique; quàm in Principe aram beneuolentiæ publicam, cui, ne miserrimi quidem supplices, osculum ponere vetantur. Auget comitatis affabilitatisq; in Te iucundissimum nitorem, fortitudinis bellicæ purpureum coronamentum, & virilis ardor, quo ad bella victoriæ causâ gerenda, pugnasq; & prælia interritus vadis. Prosperrimum LVNÆ commilitium, & suppetias bellicas, sensit olim Aratus Sicyonius, cum Acrocorynthum à tyrannide Antigoni liberaret. Nam delectâ manu, nocturno tempore vrbem ingressus, pergensq; ad arcem, præsidium hostile depulsurus, tam diu lucentem vidit, quoadusq; viam ducentem ad arcem inuenisset.

ſet. Cùm verò iam non vltrà lux; ſed tenebræ occultandis inſidijs neceſſariæ forent: LVNA quoq; coactas nubes ſubijt; nec priùs lucem reddidit; quàm in tuto locatus ille, iuuantibus ſocijs, plenam fuiſſet victoriam conſecutus. In Tua LVNA gemini coloris mixtio eſt, alba rubeaque, vel rubedo albens, lætior proſperis, clarior aduerſis, & contra pertinaces diſcriminum inſultus, in celſum magnanimitatis nitens verticem, totieſque occurrentes pauores, non animo, non timore toto perhorreſcens. Statim enim ac in Patriam veniſti SERENISSIMO IOANNI CASIMIRO, expeditionis trans Boryſthenem fidus Achates eſſe voluiſti. Togam poſuiſti, ſagum ſumpſiſti, vt quo deinceps ornatu Tibi vtendum eſſet, viderent omnes, & innatam fortitudinem agnoſcerent. Spreuiſti pericula tanquam non vt viueres, ſed vt vinceres in bellum progreſſus fuiſſes: in ipſo armorum tyrocinio, tanquam veteranus, & longâ experientiâ in omnes belli caſus expeditus. Erexiſti ad omnes difficultates indolem, prõptus, animoſus, alacer, intrepidus, acſi ſæpiùs anteà pugnauiſſes. Sic olim Scipio ad Trebiam, ſatis adoleſcens, Conſuli adhærens patri, totam deterioris fortunæ ſuſtinuit tempeſtatem. Annibal Amilcarem in Siciliam ſecutus; Boleslaus Kriuouſtus à Patre in Bohemiam miſſus: Auguſtus Pompeiuſq; in ipſo ætatis flore, intrepidorum bellatorum, luculenta ſpecimina ediderunt, diſtribuente quaſi per miraculum Deo heroicis animis, quod acquirunt viles in tempore. Sed & glorioſsimus PARENS TVVS totus nonniſi vigor, & ignis, ſatis iuuenis, ſplendore bellicæ fortitudinis ſuæ, & optatis facib⁹ communes Poloniæ timores detergebat. Decuit verò SERENISSIME REX, Te quoq; fauſtiſsimo fortitudinis Tuæ lumine Patriæ illuceſcere: ne vllus ſine inuſitato fulgore virtutis KORYBVTHEÆ triumphus, aſpectui eius ſe offerret. Et iam penè Familiæ nominiſq; Veſtri, decus ipſum, & velut gemmam in ſuæ gloriæ proprietate violaueram: dum ſiue prædicare, ſiue omittere boni publici curam, in Te volo aut dubito, quod illud Tuum capaciſsimum lentis amoris flammis vrit pectus. Videmus in Te reuerentiam Senatûs, quòd in vſum Reipublicæ ſalubria promat conſilia. Videmus amorem Nobilitatis, quòd publica fata incredibili induſtriâ, prudentiâ, & totâ adeò virtute ſuſtineat. Videmus in omnes beneficam LVNAM, Tuam, quicunq; in publica commoda benè animati: ſemperq; omnibus à Te aliquid conferri, his muneris rorem, his ſpei florem, alijs humanitatis amænitatem, vt cuiuſq; perſona requirit, aut virtus. Ad idem boni publici ſtudium, ſpectat Libertatis cura, & æqualitatis inter ciues defenſio. Noſti videlicet nihil aliud regno noſtro, vires dediſſe atq; incrementum, quàm dulciſsimum iſtud Libertatis pignus, quod fortiſsimas gẽtes, diuiſas regionibus, diuerſas legibus, diſiunctas moribus, difformes ſtudijs, diſſonas linguis, mutuis infenſas iniurijs, ad vnius Reipublicæ pellexit ſocietatem. Noſti nihil aliud ambitionem, perfidiam, inuidiam, famoſas regnorum peſtes, ex noſtro imperio relegare, quàm libertatem, quæ non cenſu nec titulis ſuos Ciues dirimit; ſed apertum promiſcuis omnium virtutibus relinquit campum. Noſti nihil ita aheneo muro

contrà

contrà ferocium gentium immanitatem, nostram firmare quietem; nisi libertatem: quæ suorum ciuium impauidas in omnia pericula protrudit mentes, ijsdemq; capaces, & maximis rebus gerendis pares, donat animos: id metuentes solùm, ne Maiorum in eis suorum, ne Patriæ suæ gloria obsolescat. Etiamne ergò dubitamus vel ex eo, quòd Tu omnium iudicio integerrimus, boni dignitatisq; publicæ amantissimus, & basilico semper cursu, per amplum virtutum desudans studium, summæ rerum sis admotus, grande esse Diuinæ clementiæ simulacrum. *Princeps* (doctissimus loquitur Scriptor Chæronensis) *non opus habet Phidiâ qui fingat aut Polycleto vel Myrone: sed virtutis operâ seipsum Deo, quàm simillimum facit, iucundissimumque spectatu opus, & Dijs carissimum. Quale verò elegantissimum in cælo simulacrum sui, Deus Solem atq; LVNAM infixit: tale in ciuitatibus eius exemplum est atq; lumen Princeps. Scilicet rectâ praeditus ratione, idq; habens Diuinum, non Sceptrum, non fulmen, non tridentem.*

At enim eximiarum virtutum communia fortè sunt ista, cum alijs Regibus, nec omninò indubitata supernæ clementiæ simulacra: in Te porrò SERENISSIME REX, certissimum & omnino clarum gestiet videre quispiam, cuius tot expetitam votis Electionem faustissimam Reip. suæ cupit. Itaq; iam ego hic Electionem ipsam felicissimam, & ea quæ sunt eam consecuta, expendam diligentiùs; tam certa ex ea Diuinæ in nos benignitatis ducturus simulacra, vt dicere possim, nunquam supremum Numen, vim suam maiestatemq;, vtilitates nostras gubernantem, liquidiùs demonstrasse. Credine potuit in tanto concursu nobilissimorum Candidatorum, quos in altas spes regni, & eximiæ suæ dotes, & illustris sanguis, & Europæorum Monarcharum intercessiones attollebant; nec liberæ gentis suffragia detrectabant, aliquam in nostrorum animis Tui nominis memoriam exprimendam, & Maiorum Tuorum præclarissima per omne tempus merita, in præcordia reditura. Ne vota quidem quæ vel cælum pulsare audent, ad tam ignoti boni fiduciam veniebant. Non quòd Tu, non quòd Illustrissimi Maiores Tui, procul aberant à Polonis pectoribus, quæ ingentium meritorum vestrorum pulsabat memoria: sed quòd superabat fidem, ambientium votis exoptatum, nostrisq; studijs destinatum ijs regnum, Domestico posse tradi. Et iam in refertis vndique circumiacentibus illis campis, illa Senatus, populiq; Poloni concio, quam nulla cepissent domicilia, ibat in suffragia, cùm se longâ discordiâ diuiserunt studia, & vnam nationem, in contraria vota distraxerunt. Deus immortalis, quantum illæ scintillæ parare potuissent incendium! Scindebantur iniurijs ac mutuo metu accensi popularium animi, periculosis vtrinque consilijs certabatur; atq; illæ ciuilium æstuum simultates, vanis quidem, sed sinistris inuicem suspicionibus, penè in professa odia & partes abierunt. Denique sincerus libertatis & concordiæ genius, nescio quâ contagionis afflatus aurâ, in ignotũ discidium efferuescere cernebatur. Quibus Luna rationibus ingens euoluat æquor, & vasto sinu attollat largam elementi materiam, in abdito pleniorem; vt deinceps introrsum agat, eâdemq;

demq; celeritate reponat in sedes suas, quâ campis superfudit; nondum hucusq; deciderunt Philosophi. Nos Cynthiam Tuam æstus illos & Euripos Comitiorum, quos diuisa discordium supercilia, in miram altitudinem erigebant, feliciter sedauisse vidimus, nec de causa suspicamur. Cùm enim non simplici motu incitarentur in se partes, quarũ fortaßis interno furori, rabies externa fuisset additamentum, intulit se medium cum suo Candidato Deus. Deus inquam. Quisquis enim cæleste hoc arcanum mortali ore euulgauit, licet Apollinis tripodes non concußit; nec Trophonij antrum est ingressus; diuino tamen motu instinctuq; est locutus. Videre erat palàm ad suauissimam Tui nominis mentionem animos omniũ tumentes discordijs, stridentes odijs, sic mulceri, placarique; vt ad Ignis nautici, ad Iridis Roscidæ, vel argenteæ nitorem Lunæ, mari tranquillitas, cælo serenitas reuertuntur. Cucurrit hoc nomen igneo quodam volucriq; impetu, per numerosa populorum examina, & ab attonitis ita exceptum est, vt Numina vt Diui, cùm de liquido puroq; labuntur cælo, & se patiuntur videri. Tum si vnquam aliàs, animos subitò affectui impares, oppreßit propè lætitia. Pluribus manabant lacrymæ de pectoribus, quæ iam senex mæstitia augustauerat. Alijs inter præteritorum malorum recordationem & venturorum bonorum cogitationem, deprehensa contemplatio, stuporẽ indicebat. Se quisque, posterosq; suos; certâ destinatione felicitati deuouebat, quòd tàm mitẽ, tam bonum Regem esset habiturus. Plerisq; clamores inconditi fundebantur, non quòd suæ immemores essent grauitatis; sed quòd nimià exultatio, ne decoris quidem retinens erat. Inest & gaudio vis cogendi: nec dolores tantùm; sed vota, turbidi aliquid egerunt, cûm cumulata eruperunt. Inter hæc mens, studium, cogitatio ad Deum versa, & vno ruentis confertim turbæ impetu, vniuersa illa ciuium multitudo in genua procidit. Meritò Optimi patriæ Ciues orientẽ Diuinæ bonitatis imaginem, in Rege Vestro adorastis. Omnibus Regibus, inde potestas, vnde spiritus: inde regnum, vnde vita; sed in Rege tamen vestro, nisi manifestum Diuinæ bonitatis indicium, nisi miracula, nisi prodigia agnoscitis, sine piaculo excusari non potestis. Venire tandem in æstimationem domesticæ virtutis, & inuenire inter populares, hactenùs apud alios quæsitum dignum imperio caput, nonne miraculum fuit? Miraculum certè in eâ gente, quæ æqualitatis amantißima, quàmuis omni tempore protulit Heroes regnandi moli pares; diadema commisit ijs nunquam, quòd nollet tantâ dignitate augescere infinitùm. Extingui iam incipientem flagrare seditionem, non tam bellum nobis; quàm excidium minitantem; cùm certatim ab alijs adhiberentur fomenta, nonne miraculum fuit? Miraculum profectò apud eos viros, quibus placet pro constantia rigor: & in eo cõstare videtur tota ratio libertatis, si à proposito suo non recedant. Domesticam tàm liberæ gentis licentiam, & armatæ multitudinis, tam numerosam frequentiam, nullâ se tristi cæde, nullâ ferali contaminasse violentiâ: sed vltrò sibi frenos adduxisse, quasi orientem fortunæ suæ reueretur solem, nonne miraculum fuit? Miraculum equidem in eo populo

pulo qui in maximo pænarum metu, nec maiestate Regum, nec potestate Magistratuum, nec ipsorum sæpè Iudicum conspectu cohiberi potest. Deniq; deferri sceptrum non ambienti, non cupienti; cùm alij omnium propè præiudicio, tantæ spei imminerent: & deferri ab ijs, quorum multos prææltæ dotes, arcanus prudentiæ vigor, & ex oris speculo animus erumpens, comitate, solertiâ, cunctos sibi concilians; nec minus in actionibus sese promens maiestas, & generis commendabat claritudo, nonne miraculum fuit? Miraculum mehercle maximum, si quis consideraverit ambitionis ingenium, cui grauius est vnum suspicere; quàm despicere infinitos: cunctæq; necessitudines sunt regnandi dulcedine viliores. Mitto quæ ab externis hostibus, vel suspectis amicis timebantur pericula, admirabili fauentis cæli indulgentiâ inhibita. Mitto incredibilem pacis tranquillitatem consecutam, quæ animos cũctorũ huius Regni incolarum communi sibi auctoramento obligauit, ne in fiduciâ prosperitatis, imperare sibi lætitiæ moderationem possent. Mitto dissentientes paucorum animos compositos suauiter, ne publicæ suæq; felicitati indignari vellent. An non igitur iustis de causis magnum in Te Dei beneficium adoramus? an non conuenienter Lunam Tuam, grande in nos Diuinæ clementiæ bonitatisque simulacrum prædicamus.

Infinitum sit persequi auguria, quibus tanquam euidenribus documentis, Tuam Electionem suæ benignitati voluit imputari. Integra sit cuiq; suæ coniecturæ fecunditas, neque enim cælestium arcanorum paginas inspicere licet hominibus: sed non sorte tamen nec casu, sed diuinitùs Te electum, ostentis etiam et maioribus signis clarum fuit. Necesse nimirum est, vt maiores notas ventura præmittant, quæ non temerè nascuntur. Ominum obseruationem, contactu aliquo religioni innexam esse, nec fortuito motu, sed Diuinâ prouidentiâ constare, vetus ætas credidit. Quid ergo sibi voluerunt optimæ ruris hospitæ, & lectissimorum florum prædatrices apes, cùm ad Tui SERENISSIME REX nominis mentionem in campum Electionis conuolarunt, nisi quòd futuram Reipublicæ felicitatem, sub Tuo imperio, non dubijs indicijs figurarunt. Sederunt olim in tenello Platonis, innocuo Ambrosij, dormientium infantum ore. Quis illis in eloquendo dulcior? non verba sed Heliconium fundunt rorem: non atro liquore, sed quintâ nectaris sui parte, ipsa facundia scriptorum videtur imbuisse. Nutriuerunt Hieronem Siciliæ Regem, cùm infantiles artus feris in prædam fuissent expositi. Quis illo benignior? tanquam ad alueare quoddam, sic ad eum agmina commeabant indigentium, vt ab illo redirent opulenta. Ad Drusi Romani Ducis conuolarunt signa, stillantesq; comportarunt succos. Quis illo felicior? latissimè per ferocium gentium strages explicuit arma victoriosa, & demonstrantibus istis peruenit ad triumphos. Tibi quoq; REX SERENISSIME glomeratæ adstiterunt, vt futuram Poloniæ sortem sub Te Rege nunciarent. Dabis mella Polonis tuis, totus ingenio melleus, totus floridus, totus non sanguineus, totus amabilem cum Gratijs spirans maiestatem. Instaurabis

 nobis

nobis Piasti diuturnum & felix imperium, a mellitis muneribus in longam nepotum seriem propagandum. Nouus nobis Aristeus eris, & dulce in animos exercebis imperium, dissimulatione dominatûs. Amari males quàm timeri, misereri quàm irasci, ignoscere quàm vindicare, benignus esse quàm rigidus: & cùm Te hostes sentient Tuis armatum telis, æstimabunt tamen ciues mente pacificum. Præsidebis nobis sine aculeo, prudentiâ potiùs & consiliorum maturitate; quàm Tuorum Ciuium crebris funeribus gesturus grandia: & cùm bellico vigore Conditorem æternæ vrbis Romulum reddes; religione tamen, quiete, maiestate Numa potiùs, vel Augustus esse voles. Cedent tandem cedent tristia, cum suâ sæuitiâ, quam diu satis deplorauimus: succedent felicia, quæ nubibus bellorum eliminatis, in ipso nos sinu, in ipso gremio, tot iam annis exulantis pacis collocabunt. Obrepent cupressis lauri, buxi palmis distinguentur, & inter amabiles myrthos, oliua pacis efflorescet. Ad eandē pacis desideratissimā amænitatē, præuolauit pulcherrima Colūba eo ipso tēpore, quo vniuersa Polonia faustissimū illud viuat Electo Tibi acclāauit. Expādit nitidas pennas a-les innoxia, & circūuolitauit Senatorij tecti tabernacula, vt ostēderet: quē-admodum olim præcipiente Phineo ducem columbam sequentes famosissimi illi Argonautæ, nitido villo radiantia vellera, & aureæ pignus pelliculæ Palladiâ rate reuexerunt: sic sub fortunato sidere Tuo, Diuinissimæ Columbæ dirigente nutu, prudentissimis Ordinum Reipublicæ remigantibus consilijs, Poloniam tandem ad desideratam quietem appulsuram.

Vtinam verò ita omnes gloriosissimæ Electionis Tuæ prærogatiuas & auspicata omina, fidelis interpres explicare possem, vt felicitatis omnia pignora deprehendi queant. Equidem copiosissimæ esse animaduerto considerationis materiam, quam diligens expendat obseruatio. In eandem diei reductus periodum, & Natalis Tui Trigesimi, & Electionis circulus, hæc duo tam diuisa coniuncta, tam disparata contracta, an humano consilio vel casui adscribentur? Maior ista res mirabiliorq; est, quàm vt eam cæca fortuna, vel humana ordinarent consilia. Vis isthuc Diuina descendit, nec sine adminiculo Diuini Numinis res tanta facta. Electus es ipso natali die Tuo, vt Polonia sciret, tandem cum Tua Electione, se ē miseriarum rogo, in quo tot iam annos miserabili incendio deflagrabat, nitidiùs, quàm vnicum illum felicis Arabiæ partum, ad nouam vitam, nouumq; vigorem, surrecturam. Admitto etiam ad trutinam Annum Tuum trigesimum. Electus es eo anno, qui vbique magnis rebus nobilissimos viros admouebat. Properent vt volunt, delicati fortunæ pulli, in ipso vitæ suæ diluculo, ad meridiem honoris: effœti senes alij, in occasu fugientis ætatis, anhelum trahant spiritum, & laborent saltem in sepulchri titulos. honores isti vmbras spargent non lucem; nec diem orbi inuehent, sed tenebras. Optimè consuluit natura, cùm suum cuiq; ætati distribuit pensum. nec iuuenilis æstûs est, per lubrica voluptatis, vel prærupta temeritatis, ad honores niti: nec senilis frigoris, summos Magistratus, impigrè gerere; cùm senilia pectora, in otium timoremq;, naturâ ipsâ deflectentia, vigo-

rem

rem totum perdidêre. Tu nobis REX SERENISSIME ætatem adfers, non incitatam torrente iuuentutis, non fessi corporis ægritudine laborantem, vim integram iudicij, exactam maturitatem depromptaram; & veluti vegetam arborem, felicissimos bonorum parituram fructus. Quid iam referam tempus ipsum, quod sibi tam multa prosperrima futuræ nostræ felicitatis arrogat indicia, vt ex redundantiâ eorum, non in sermonem soluatur lingua; sed iu stuporem mens arctetur. Non Te Electum Regem obruta hyems niuibus, & ingentium fluminum terga glacie vincta, concretarum aquarum vellus, procellæ & nimbi Aquilonij, & horrendo tumultu ruens cælum; sed continuata toto Electionis tempore placidissima excepit serenitas, sed amænissimus salutauit Mensis Iunius. Quo tempore sol ipse in altissimum cæli nitebatur verticem, quasi & ille honori præluderet Tuo, altiùs altiùsq; semper in amore ac veneratione hominum, in præclarissimorum gestorum memoriâ ascensuro. At diem Electionis, non possum iam Mercurij Gratiarum & facundiæ Præsidis; sed Diuinam potiùs & dierum omnium gemmam, lucem, coronam appellare. Hæc illa dies fuit, dies non tam sole suo, quám religione Catholicâ illustrissima, quæ dabat initium communi pietati, Sanctissimum Eucharisticum panem, effusissimo cultu venerãdi. Non Te potuisti SERENISSIME REX ambientibus vocibus *Princeps esto noster* illa excusatione subtrahere. *In domo meâ non est panis*, cuius Electioni, Eucharisticus se se panis tam opportunè commodauit. Quòd si initia, incrementa, fulcra, Austriacæ magnitudini, quam vterq; vix capit orbis, pietas & veneratio in Augustũ istum Panem dedit. Si Magnus noster Iagello, piâ ad Sanctissimam Synaxim deuotione, ad obliuionẽ vsq; instantis pugnæ recreatus, animatusq;, horrendas Cruciferorũ acies, & quic quid instruxerat diuturni sceleris longa machinatio, fulmineo milite euertit. Instaurabit Deus in Polonia, quo hactenùs gaudet Germania, exultat religio, nostra nondum plenè fruitur Polonia, accipient homines victricia sæcula, & K O R Y B V T H E A nominabunt.

Noua iterum nascentur tempora, nouus circulus, nouus ordo, & vergente ad finem tertio sæculo, vt primùm Magnus Iagellonicæ Stirpis Conditor IAGELLO Polonico diademate resplenduit, KORYBVTHORVM rursus vices erunt, nec stirps tamen regnatrix extinguetur: nam & Vos eiusdem stirpis estis. Tantum istud est, crescentem felicissimis auspicijs LVNAM Tuam, adorasse Manipulum illum cœlestem, Frumentum illud Electorum, vt nequeamus venturorum fidem, præsentium felicitate non sancire. Disponimus etiam vlterioribus bonis properantia vota, & spes volucres præmittimus, in optabilis fortunæ seriem, quia perfectissimus Iagellonidarum denarius, rursus ad principium KORYBVTHEÆ redit vnitatis, quæ numerum eorum diuiso nomine, eadem felicissimâ propagine, continuat & extendit. Crescet semper crescet LVNA Tua, & pulcherrimo lucis ambitu serenum nobis dispensabit. Procedet per continua fortunæ augmenta, cœlestis æmulatione; nec in culmine votorum sistet. Præcedens felicitas futuræ gradus erit, & cum videbi-

 tur pleno

iubare fulgens, habebit tamen quo ſplendidiùs enitescat & cæli tandẽ fidem meliora ſidere Tuo fata promittentis liberabit. Creſcet corruptis morib⁹ ac perditiſsimo ſæculo reformando, finibus Patriæ propagandis, Prouincijs auulſis recuperandis, religione Catholicâ propugnandâ, minoribus à potentium iniurijs vindicandis, cunctis hominibus beatiſsimâ rerum omnium vbertate cumulandis. Creſcet, & lætum conſilijs imperium, proſperum viribus bellum, amænam pace victoriam, glorioſa literis bonorumq; affluentiâ morum, Tempora Tua reddet. O Te dilectum Deo REX SERENISSIME, ad cuius Electionem concordia Superûm hominumq; vota conſẽſerunt. O diem illum lætum & verè fauſtiſsimum, qui nobis auream tantorum bonorum catenam, è cælo propendentẽ, & in conſortium nexumq; ſuũ vota noſtra admittentẽ inchoauit. O nos verè fortunatos, quib⁹ deinceps ſub eo Rege viuendum erit, qui nomine Deũ præfert, virtute Deũ, tot tantiſq; indicijs proteſo quaſi digito, à Deo nobis declaratus. Plura quid attinet dicere? cedit facundia euidentiſsimæ veritati, vmbra luci. Faciet Supremum Numen, quæ dicendá erant, quicquid hucuſq; nos ad metũ & ſolicitudinem perpetuò deprimebat, longiſsimè extrà Poloniæ fines relegabit: quicquid nobis dulci ſpei blandimento ſapiebat, in quodam velut compendio, & perfectiſsimâ comprehenſione, in Tua nobis SERENISSIMA CYNTHIA exhibebit. Faciet & deuotam Poloniæ toti⁹ ſubmiſsionem obligabit ſibi, vt cùm tot tantaq; bona reguſtare incipiet, in vicẽ mutuæ officioſitatis, religioſâ ad aras ſuas ſponſione eam proſequatur, ne priùs poſt mortalis fati caliginem, ſeris poſt longæuos annos videndã Nepotibus, in altiſsimo Æternitatis Horizõte oriatur; quám reliquerit ſuccedanea ſidera, inquib⁹ ampliùs ampliùſq; venerentur cuncti, & agnoſcant grande Diuinæ Clementiæ SIMVLACRVM.

Sumptu & Impenſis
MAGNIFICI BARTHOLOMÆI NOWODWORSKI
Equitis Melitenſis, Commendatoris Poſnanienſis